CICERO
Frankreich, Ende 12. Jh. Seite 42v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26366
Copyright: Admont, Benediktinerstift



qd sequant nichil habituros si semel a scriptore recedere con
sueuerint. Quod si uoluntas scriptoris conseruanda sit: se n
aduersarios a uoluntate ei stare. Nam multo pp accedere ad
scriptoris uoluntatem cum q ex ipsi ea litteris interpretet: quam illum
qui sententiam scriptoris n ex ipsius scripto spectet. qd ille
sue uoluntatis quasi imaginem reliquerit: s; domesticis
suspicionib; perscrutet. ¶ Si in causam afferet: is qui a sen
tentia stabit: primum erit contradicendum quam ad surdum n
negare contra legem fecisse se: quare fecerit causam aliquam
inuenire. Deinde conuersa esse omnia ante solitos esse accu
satores iudicib; persuadere affinem esse. alicuius culpe cum q accu
saret & causam proferre que eum ad peccandum impulisset: nec ip
sum reum causam afferre quare deliquerit. Deinde inducere
hanc partitionem cuius in singulas partes multe conuenient
argumentationes. Primum nulla in lege ullam causam contra
scriptum accipi. conuenire. Deinde si in ceteris legib; conue
niat hanc esse. huiusmodi legem ut in ea n oporteat. Postremo si
in hac quoq; lege oporteat hanc quidem causam accipi minime
oportere. ¶ Prima pars his fere locis confirmabit. Scrip
tori neq; ingenium neq; operam neq; ullam facultatem defuisse
quo minus aperte possit perscribere id qd cogitaret n fuisse ei gra
ue. nec difficile eam causam excipere. quam aduersarii proferant
si quicq excipiendum putasset & consuesse eos qui leges scri
bant exceptionib; uti. Deinde oportet recitare leges cum ex
ceptionib; scriptas: & maxime uidere hec si qua in ea ipsa
lege qua de agatur sit exceptio aliquo in capite. apud eundem
legis scriptorem. quo magis probet fuisse excepturum si qd ex
cipiendum putaret. Et ostendere causam accipere nichil aliud
esse. nisi legem tollere. ideo qd cum semel causa consideret nichil
attineat ea ex lege considerare quippe que in lege scripta
n sit. Qd si sit institutum omnib; dari causam & potestatem
peccandi. cum intellexerint uos ex ingenio eius qui contra
legem fecerit n ex lege in quam iurati sitis rem iudicare.